





1.
1. F.
2.
3
4.
5
6
7

1729.

1. He, Fredericus Augustus: De usu attestatorum et
defensione iniquitatis.
2. Koch, Johanne Georgius: De aduocatis eorumque salariis
in propria causa a iudicis exigendo.
3. Lehmann, Joh. Christianum: De vera ac reali acquire-
dione simultanea iurisdictional in Lusacia
inferiori
4. Melstor, Carolus Fredericus Ignatius: De institutione
legibus specialibus et benignioribus.
5. Pre, Jo. Fredericus, de: De febre tertiana intermit-
tente.
6. Reinhardt, Fob. Lenz: De possessione et onere
probationis non relevante.
7. Reinhardt, Fob. Lenz: De eo, quod iuramentum circa
condemnationem non ejus, qui nondum confessus, maxime

in criminalibus.

8. Reinhardt, Tob. Tac.: De Divitio aequa et
conjugalis uxoris In malcondemnto competente
9. Reinhardt, Tob. Tac.: De uxoria praestatio
tam vera et palliata, quam putativa sine
imaginerii.
10. Strecker, Conrad Willh.: De repudiatioe hereditatis
defferendae, ac speciatim Saxonicae, quodam res
uxoris mobiles, a deo dote, modo creditorum
concursum, facta, non valida
11. Strecker, Conrad Willh.: De Donis, sine traditione
judiciali, jure Saxoniae, transferendo.
12. Strut, Dr. Philippus: Facult. juridical docuus p. b. v.
(ad dyptalio en Aussen Schmeierii invitat).

13. Streit, Dr. Philippus, Facult. jur. Dica. Decanus :
p. b. o. (ad disputationem in reg. Valerii Traugott

Hausdorff's iuritat) -

14. Tengelin, Ernestus : De eo, quod iustum est circa
blasphemiam.

15. Tengell, Ernestus, Collegii jur. Dica. ... Decanus ...

invitat ad lecturam curs. et. dis. in reg. ... a

Joh. Wolke Helmerdo ... habendas.

16. Tengell, Ernestus, Facult. jur. Dica. ... Decanus

... praevia invitatione ad lect. curs. ...

et dis. in reg. ... a Frederico Augusto etc

... habendas ... possidet.

17. Tengelin, Ernestus : De restricta libellorum dispo-

sitione in pecunia testica.

18. Jungell, Director, Facult. juridicae . . . Decanus
ad lect. curs . . . haecque finita Dissertationem 22
inauguralem . . . a Joh. Theopropius Kirstenid . . .
habendas . . . invitat.

19. Jungell, Director, Fac. juridicae . . . Decanus : 23
. . . ad lect. curs . . . haecque finita Dissertationem
inang. . . a Dr. Arhane Georgio Ruckid . . . ha-
bendas . . . invitat.

20. Jungell, Director, Facult. juridicae . . . Decanus : . . . 24
ad lect. curs . . . haecque finita Dissertationem
inang. . . a Dr. Joh. Christiano Lehmanno
. . . habendas . . . invitat. 25.

21. Jungell, Director, Facult. juridicae . . . Decanus . . .
palacio . . . programme lect. benevol. certioribus
facit de lect. curs . . . et haec finita Diss. inaugurale

1724.

- ... Dr. Mark. Gulp. Loehrigio ... habendis
22. Tengell, Insuper: De lesionibus in contractibus emptionis
et venditionis jure naturali plane prohibita, jure
Civili autem quotiescunque permitta.
23. Tengell, Insuper, Facult. juridice ... Decanus ...
et lect. cursoriam ... hacque finita Dn. inau-
guralem ... a Dr. Christiano Will. Lochero ...
habendis ... invitat.
24. Tengell, Insuper, Insuper: Dissertatio in qua ...
magistros postularum teneri ex recepto actione
... demonstrandum subest.
25. Tengell, Insuper: De eo, quod iustum est circa dona-
tiones a principe in plures familias maxime col-
latas.

26. Tengell, Ernestus, Facult. juridicæ . . . Decanus
ad lect. curs. . . hæcque finita dies inang. . . a
Joh. Carolo Wlhermannus . . . habendas . . . invitat.

27. Tengellus, Ernestus: De jure protimiseo, simul
hæcque invitatis post litteras reversales de liberis
fensum alienandi facultate datus competente

28. Tengell, Ernestus, Collegii juridici . . . Decanus
ad lectionem cursoriam . . . et dissert. inauguralem
a Christ. Godefr. Wulffio . . . habendas invitat.

1728.

1. Fischerus, Joh. Andreas: De discrepantibus novor-
um, potissimum presentis seculi, sententiis
theoretico-practicis.

2. Heilmann, Elias Fabricius: De austregis conventio-
nalibus generatiorum nobilitatis immediatæ
sive in hoc Geschlechts-Erkennen

3. Tengeli, Emeritus, Decanus Facult. juridicæ . . .
invitas ad audiendam lect. cursoriam . . . hæcque
finita dissertationem inang. . . a D. Edm. Friderico
Hertmann habentes.

4. Koch, Georg Hieronymus : De cautione de non
turbando.

5. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridicæ Decanus
lectori benevole s. et. o. (ad dissertationem inang.
Friderici August. Schneideri invitatus).

6. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridicæ . . . Decanus
lectori benevole s. et. o. (ad dissertationem inang.
Christiani Gottlobi Petersmanni invitatus).

7. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridicæ Decanus
lectori benevole s. et. o. (ad dissertationem inang.
Christiani Gottlobi Petersmanni invitatus).

7. Meier, Johannes Henricus : Productionem Documentorum
in judicio . . . publicæ censuræ submittit.

8. Meier, Joh. Henricus: *Virrualis inay. juris D'ca,*
 sistens commentationes in parte notabilia illustrandi
 86. 82 82 82
 9. Reinhardt, Tobias Tac.: *Virrualis inay. juris D'ca*
 sistens femininam Sarcovi curam negotia absque
 curatoribus valida.
10. Reinhardt, Tobias Tac.: *Virrualis inay. juris D'ca*
 sistens geminas curae sexus et aetatis differe
 rentias cum una practico ..
11. Reinhardt, Tobias Tac.: *De eo, quod circa dissen
 sum plurium patronorum in praesentatione
 parochi justum est.*
12. Tengel, Emmerich Frmanuel: *De dominiis princeps
 sum irrationabilibus*
13. Tengelius, Emmerich, Facult. juridicae decanus:
 Programmata inaugurali praesentationelectioni cano
 nica ... et dissertationi inay. ... a Cand. Vato Joh
 Frederico Hase ... habentis.

1728.

4. Haussdorff, Bernhard. Theodorum, Facult. juris. Decanus

... Decanus; praevia invitatione et lect.

Curs. . . et Dissertationem inaugur. . . a. Bernh.

Theodoro Haussdorff. . . habundans . . . disse-

rit.

5. Tengell, Ernestus: De legitimo praedii rustici
possessore Saxonico.

6. Tengell, Ernestus, Facult. juris. Decanus:

... lectorem b. certiorum facit de terminis

lectioni cursoriae . . . et Dissertationem inaugurat.


Georg. Hieronymi Koch . . . praefixit.

7. Tengell, Ernestus. Theod. : De vi sua defuncti mariti

debita suscipiente, an gaudeat beneficio Illi.

Vellij. et nulli. si qua mulier ?

18. Tenzelius, Ernestus, Facult. juridicæ . . . Decanus.
 Programmata inauguralia, quæ . . . invitât ad
 audiendam lect. cursoriam . . . hacque finita
 dissertationem inaus. . . a Domino Joh. Christoph. Koenig . . . habendes.
19. Tenzelius, Ernestus: De consensu tacito.
20. Tenzelius, Ernestus, Facult. juridicæ . . . Decanus.
 Programmata inauguralia, quæ . . . invitât ad
 audiendam lect. curs. hacque finita diss. inaus.
 a Do. Joanne Carolo Schmittio . . . habendes.
21. Zepper, Bernhardus: De interdictis et cumulatione
 petitiois cum possessione.



1727, 11

46^a

11

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA,
DE DOMINIO,
SINE TRADITIONE IVDICIALI,
IURE SAXONICO TRANSFERENDO,

QVAM
IN PER-ANTIQA ACADEMIA ERFVRTENSI
RECTORE MAGNIFICO, AC PRO-CANCELLARIO,
REVERENDISSIMO ET PER-ILLVTRI DOMINO,

DOMINO:

**CHRISTOPHORO IGNATIO
DE GVDENVS,**

EPISCOPO ANEMORIENSI,
EMINENTISS. ARCHI-EPISCOPI, ET PRINC. ELECT. MOGVNT. IN PONTIFICALI-
BVS VICARIO GENERALI, CONSIL. ECCLES. SIGILLIFERO ET SVFRAGANNO
ERFORDIENSI, J. V. D. INSIGN. ECCLES. COLLEG. AD S. SEVER. CAN.
CAPIT. ET SCHOLASTICO, ET REL.

INDVLTV ILLVSTRIS FCTORVM ORDINIS,
SVB PRÆSIDIO

DN. CONRADI WILH. *Streders*

J. V. D.

JVD. ELECT. PROVINC. ASSESSORIS, PROF. PVBL. ET SENAT. ERFVRT.

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IURE HONORES ATQVE PRIVI-
LEGIA RITE LEGITIMEQVE CAPESSENDI,

IN AVLA IVRID. COLLEG. MAJORIS, HORIS CONSVETIS,

PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI SVBJICIET

AVTOR

ANDREAS *Schnür* Advocatus Cizensis,

DIE VIII. JANVARIJ M DCC XXVII.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



TO THE HONORABLE SENATE OF THE UNIVERSITY OF
DORMING
CHRISTOPHORUS LEWIS
DE GENTENS
EN. CONRARDI WILHELMI
R. O. JACOBUS
AMREAS





DE
DOMINO, SINE TRADITIONE JVDI-
CIALI, JVRE SAXONICO, TRANS-
FERENDO.

§. I.



On tam ipsa judicialis traditio, quam voluntate contrahentium coacta, ejus adhibitio, injustaque ad casum, quem continet §. 27. *infra*, facta resignationis sive abdicationis judicialis applicatio, me ad scribendam hanc dissertationem moverunt. Et non solum miris modis errant, sine traditione judiciali dominium rei immobilis, modo alias rite acquisita, ad neminem transire, existimantes; sed & hic error saepenumero magnam parit iniquitatem: Quam ob rem quoque praedictio quodam, contrariam quod cadit in partem, corroborari vix poterit. Alias autem constat, quod Dd. quia ad initia & causas non recurrunt, entia praeter necessitatem multiplicent: Hinc ad probationem illius argumenti, quod in praesenti suscepi, per spicuos atque distinctos conceptus praeter omnibus formari, opera pretium erit.

§. II.

Veniunt itaque in praxi hæc duo ; TRADITIO JUDICIALIS & INVESTITURA a se invicem bene discriminanda. Nam traditio judicialis est actus judicialis, quo bonis in Judicio, sub quo sunt sita, pars alienans abdicat, eaque resignat, atque ita judicialiter accipienti tradit. *CARP. part. 2. Const. 31. def. 13. Num. 4. 5. & 6. Resp. 102. Num. 7. 8. 9. & 10. Coler. part. 2. dec. 279. in fine. Idem de proc. execut. pag. 1. cap. 10. num. 199.* Qua de facta traditione tabula judicialis : Ein gerichtlicher Kauff-Brief, emptori extradi solet ; Hæc traditio judicialis moribus, qui frequentiores sunt, paulo aliter perficitur, nimirum : contrahentes erigunt contractus literales, & deducunt eos ad confirmandum in judicium ; quos, iis a iudice, QVA TALI, corroboratis, postea vulgo : confirmationes judiciales, vocant ; quibus interdum etiam judicialis annectitur quietantia, de soluto jam jam per reio, qua aut in continenti, aut, positis certis terminis, in solutione ejus posteriore, adjici solet, & communiter die Verzicht appellatur. Perfice de his formulas confirmationum judicialium.

§. III.

INVESTITURA est actus, quo à domino directo bona, æque emphyteutica & censitica germanica ac feudalia, à pristinis possessoribus præstita abdicacione, in feudum accipiuntur, & hoc ipso accipienti symbolice traduntur, nimirum : si ei breve testatum : Der Lehn-Brief, ex traditur. Propterea autem investitura feudi, non est actus judicialis, quanquam vulgo dicitur : Gerichtliche Zuschreibung, Belehnung &c. ideo forsitan, quia in germania, dominus feudi & prædii censitici plerumque gaudet jurisdictione ordinaria, vel quia vox : Gerichtlich promiscue sumitur. vid. Dn. LANGGUTH. in animadver. 3. circa fin. ad §. 16. tit. II. jurisfeudal. Hypomemmat. Coccej. Nec obstat hic Deciso Electoralis bi. in verbis : sondern nach üblichen Gerichts-Brauch und Art zu reden, die die Lehn auf vor-
ge-

gehende des vorigen Possessoris Auffassung vermittelst des Lehnherrn aufm Lande und in Städten gerichtlich erlanget etc. Hæc propositio enim est divisa modalis, cujus ambiguitas tolli potest per additam copulam: QVA TALIS, nimirum si iudex agat QVA TALIS, actus judicialis oritur; atqui in conferendo feudo iudicem non QVA TALEM agere, pro certo haberi debet.

§. IV.

Dominium est jus in re, quo res aliqua nobis est propria, & varias habet divisiones. Divitur 1) in verum & fictum, 2) in universale & particulare, 3) in publicum, seu eminentis, & privatum. - Illud exercet Princeps in casu necessitatis, & si utilitas publica hoc requirat. Hoc unicuique privato & subdito in bonis suis competit, 4) in revocabile & irrevocabile, 5) in naturale & civile, 6) in plenum & minus plenum & hoc iterum in directum & utile.

§. V.

Sed harum divisionum omnium maxima in applicando hunc ad scopum est Domini naturalis & civilis differentia, quam clariorem fieri, multum intererit. Est itaque Dominium naturale jus in re, vi cuius illa nude saltem, sine usu ad tempus est propria; Et Dominium civile est jus re aliena libere utendi fruendique *princ. inst. quibus alienare licet vel non. L. pen. C. de jur. dot. §. Nov. 6r. Cap. 1. pr.* Extenditur etiam hoc jus fruendi ad eos fructus, qui, Domino vero, naturali scilicet, rem vindicante, extant. *leg. 48. D. de acquir. rer. Dom.*

§. VI.

Nunc Jcti in Saxonia, Electorali praprimis, ad transferendum Dominium, (naturale & civile) traditionem judicialem & investituram Domini directi conjunctim requirunt, & ad textus germanorum, & inde ad communem Doctorum, quæ esset in praxi recepta, opinionem, provocant.

§. VII.

Verum ego huic nequaquam subscribo, sed potius contrarium, sequentem in modum, statuo. 1) Dominium civile nemini esse denegandum, qui rem a non Domino & extrajudiciali saltem traditione accepit, modo id fuerit accipienti incognitum, 2) cum Dominium naturale & civile acquisivisse, cui a vero Domino res quæcunque est vendita, extra iudicium tradita, & pretium sive solutum sive de eo fides habita, & si in bonis emphyteuticis & censiticis æque ac feudalibus investitura Domini directi tantum supervenerit.

§. VIII.

Sicuti autem in jure natura, universali quippe, hæc maxime se fundant: Ita valde dubito, donec per leges civiles contrarium demonstretur, ad alias probationes me adstrictum esse. Quoniam vero hæc probanda per totum jus civile luce meridiana sunt clariora: Hinc illico ex multis legibus apparet, rem, bona fide a Domino alieno acquisitam, detinentem habere Dominium civile, §. 35. *Inst. de rer. divis. tot. tit. inst. de usufr. leg. 46. D. de acquir. rer. Dom. leg. 63. §. 72. ff. de usufr. §. quemad. Sc. §. leg. 9. C. de civit.*

§. IX.

Porro facta à vero Domino & non absque titulo traditione, accipiens gaudet Dominio non solum civili sed & naturali, §. 40. *inst. de rer. div. leg. 11. §. 2. de act. empr. vend. §. leg. 74. D. de contrab. empr. vend.* Transit quoque Dominium per traditionem fictam, qua rem alia ex causa jam possessam, etiam traditam fuisse, jura fingunt. §. 44. *inst. de rer. div. leg. 77. D. de rei vindic.* Sed in emptione venditione & pretium aut solutum aut alio modo de eo satisfactum requiritur. §. 41. *inst. de rer. divis. leg. 19. §. 53. de contrab. empr. §. leg. 5. §. 18. D. de tribut. act.*

§. X.

§. X.

Sic transfertur Dominium in allodialibus, hoc est: bonis, in quibus possessor plenum habet Dominium. Nunc progredior ad bona, circa quæ duo Domini, directus & utilis nimirum, versantur, talia sunt in germania etiam bona censitica, quæ hoc in passu a bonis emphyteuticis Romanicis non differunt. *Ord. Process. Sax. Elect. Tit. 45. §. Wenn aber einer ic. Const. Elect. 23. part. 2. Ord. proc. Sax. Götzbau. p. 1. c. 18. §. 9. Beyer L. 1. spec. jur. germ. C. 19. Berlich. p. 2. concl. 47. Ziegl. diss. Select. them. 10. de præd. censiticis rural. §. 20. seq. & Sobilt. exercit. ad ff. 16. §. 84.* & bona feudalia non tantum, verum censitica quoque per modum investituræ concedi solent, evidentissimo argumento, prædiorum censiticorum utile Dominium a directo distinctum esse. vid. pluribus Dn. LANGGVTH. in animadvers. 3. ad §. 10. tit. 2. animadvers. 4. ad §. 15. tit. 11. & animad. 3. ad §. 16. ejusd. tit. jur. feudali Hypomnemator. Henric. Coccej. Hoc utile Dominium autem solus Dominus directus, absque Judice loci, emphyteutæ confert per investituram *leg. ult. Cod. de jur. emphyt.* Unde est, bonorum censiticorum germanorum non magis quam emphyteuticorum Romanorum & feudalium alienationi traditionem privatam sufficere, sed insuper, quæ est memorata *deciso Electoralis br.* concessionem seu investituram Domini requiri. Quæ ratio cum cessat in bonis allodialibus, tum mobilibus, tum immobilibus, i. e. nec censiticis nec emphyteuticis, neque etiam feudalibus, ideo investitura Domini utilis merito supervacanea est habenda. Item Dominium sine investitura, suo alioque herede descendente, ab intestato defuncto succedente, transfertur. §. 3. *inst. de hereditat. que ab intest. deferuntur.* Nam tunc renovatione investituræ, jam jam factæ, saltē indiget.

§. XI.

Probationem absolvi, & superest dissentientium opinionem §. 6. relatum, eaque, quæ jure germanico & Saxoni-

xonico obsunt, examinare; Idcirco contrariorum pondera usque ad §. 18. ponuntur, deinde a §. 19. usque ad §. 27. refutantur. Nunc jam 1) textus, quibus jure germanico extra judicium nemo sua bona alienare potest, subsunt, nempe: *art. 52. L. 1. spec. Saxonici*: Ohne der Erben Laub und ohne Gericht mag kein Mann sein eigen Gut noch seine Leute vorgeben 2c. & *Cap. 306. spec. suevici*: Ohne des Voigts Ding mag niemand sein Eigenes hingeben, daß es Krafft haben möge 2c.

§. XII.

2) In foro Saxonico traditione alienatio non perficitur, ac rerum Dominia non transteruntur, si non prius in judicio alienans possessioni suæ renunciaverit, eamque accipienti tradiderit; ut *CARPZOV. part. 2. Conf. 31. def. 13. num. 4.* vigore glossæ *ad art. 34. L. 1. Lit. A. § ad art. 4. num. 7. Lib. 3. spec. Sax.* asserit. Item *respons. 102. num. 7. § 8. Libr. 1. annexo articulo 60. in fin. Weichbild.*

§. XIII.

3) Ut traditio judicialis sit, necesse esse, factam coram eo iudice, cujus jurisdictioni bona tradenda sunt supposita. *CARPZ. resp. 102. Lib. 1. num. 9. COLER. part. 2. dec. 279. in fin. per textum Landr. L. 3. art. 4. § L. 1. art. 9.*

§. XIV.

4) Non sufficit ut bona immobilia vendita judicialiter tradantur & resignentur, novo possessori, sed ut abdicatio alienatoris, sive renunciatio coram iudice facta præcedat. *CARPZ. resp. 102. L. 1. num. 10. annexis hic allegatis. art. 30. L. 2. Landr. Gloss. ad art. 34. Lib. 1. Lit. A. Landr. § ad art. 4. num. 7. Lib. 3. Landr. CARPZ. part. 2. Conf. 31. def. 13. num. 5. § 6. per ea quæ gloss. lat. lit. E. ad text. germanic. art. 9. L. 1. Landr. habet.*

§. XV.

§. XV.

Deinde 5) investitura novi possessoris requiritur. Er muß ausdrücklich damit belehnet werden. *CARPZ. resp. 102. L. 1. num. 12. secundum art. 20. Reichsbild. versf. der Richter soll in das Haus gehen 2c.*

§. XVI.

6) *Coram Domino loci venditor resignare debet suam possessionem*: Daß er die Lehn auflasse, & ex parte emptoris ea iterum recognosci: Daß er es von dem Lehn-Herrn wiederum zu Lehn empfehe gegen Entrichtung gewöhnlichen Lehn = Geldes. *MATTH. COLER. de proc. executiv. part. 1. Cap. 10. num. 199. cum articulo 24. L. 2. Spec. Sax.*

§. XVII.

7) *Has interpretationes Doctorum communes Decisio Electoralis 61. non tantum approbavit.*

§. XVIII.

Verum etiam 8) *sententia, in causis publice ventilatis, acceperunt, quarum quinque collegit Carpzovius, quæ sequentis sunt tenoris, utpote prima: (a Scabinis Lipsiensibus ad requisitionem der Gerichte zu Dresden, Menf. Jan. ad. 1647. data.)* Befinden sich bey einem entstandenen Concurfu unterschiedene Gläubiger, deren etliche auf des Debitoris Hause eine Gerichtliche Hypothec präzendiren, und deshalb den Arrestanten fürgeh'n wollen, denen aber die Arrestanten widersprochen, und weilm der Debitor das Haus niemahn in Lehn und Würden gehabt, die Hypothec vor nichtig achten. Ob nun wohl der Debitor das Haus erkaufft, und iusto titulo an sich bracht, auch vermöge der gemeinen Rechte extrajudicialis traditio gnungsam; Diemeilt aber dennoch nach Sächf. Rechten zu Erlangung des Eigenthums eines unbeweglichen Guths extrajudicialis traditio nicht genungsam, sondern die Lehn auf vorgehende des vorigen Possessoris Auflassung, vermittelst des Lehn-Herrn gerichtlich erlanget werden muß, so der Debitor

B

dies

diesfalls niemahls überkommen: So ist auch dergleichen angegebene Hypothec zu recht nicht beständig; und werden demnach die Arrestanten jenen Gläubigern, welche dergleichen Hypothec pretendiren, billig fürgezogen. *B. R. W. Decis. 127. num. 21.*
Secunda: (ab iisdem Scabinis ad instantiam Wolff Pöhters Wittib und Erben zu Zwickau Mens. Jan. 1639.) Ob nun wohl ihr in den Gedancken siehet, daß ihr durch den angeführten Recess das Dominium an dem Malz-Hause und Garten judicialiter erlanget, und weisn ihr solches hinwiederum judicialiter nicht abgetreten, ben euch behalten hättet. Dieweils aber dennoch aus dem Recess nicht zu befinden, daß euch die Güter ausdrücklich in Lehn gereicher worden, welches doch zu Erlangung des Dominii in Sachen-Recht nöthig, überdas auch ermeldter Recess ganz dunkel, und daraus nicht zu befinden, ob euch die Adjudicatio des Dominii oder nur die immissio in possessionem geschehen ic. So werden auch N. N. wegen ihrer auf dem Malz-Hause und Garten erlangten Hypothecen ihrer Forderung davon vor euch billig befriediget. *B. R. W. Resp. 102. L. 1. Num. 16.*
Tertia: (in causa Eva, conjugis Nicolai Heinickens zu Zschwitz, Mens. Apr. 1621.) Obwohl euer Ehe-Mann Nicol Heinicke seine beyden Acker Elias Kirmsen künftigen überlassen und zugeschlagen. Da aber dennoch obberührte Acker rechtie Stamm-Güter wären, auch die Gerichtliche Auffassung dervselben noch zur Zeit nicht gescheher: So wäre euern Kindern in dem von gedachten euern Ehe-Manne mit ihrem Vater geschlossenen Kauff zu treten unbenommen. *B. R. W. Part. 2. Const. 31. def. 31. post num. 6.*
Quarta: (in causa Michel Kleppachs zu Herzberg, Mens. Novembr. 20. 1630.) Ueberdies auch über bemeldtes von euch erkaufftes Haus ihr auf vorgehende des Verkäuffers gerichtliche Auffassung die Lehn und also das Dominium doch zur Zeit nicht erlanget. *Et quinta:* (in causa Curd Brinckens zu Quedlinburg 20. 1627.) Dieweils ihr aber dennoch das verkauffte Haus in euer Gewehr behalten, und die Auffassung noch nicht gerhan: Dahero bemeltes Haus antezo noch euer eigenthümliches Gut ist. *Const. 39. def. 35. in fin.*

§. XIX.

Propositis jam rationibus gravissimis thema Dissertationis in dubium vocantibus, veniunt ad eas responsiones sequenti modo: Quoad 1) obijcio *art. 34. L. 1. jur. prov. Sax.* Ohne des Richters Urlaub mag ein Mann sein Eigen wohl vergeben, mit der Erben Gunst: also daß er behalte eine halbe Huf oder eine Hofstadt, da er einen Wagen innen gewenden mag, davon soll er dem Richter des Rechts pflegen. Et *Cap. 304. jur. prov. suevici*: Ohne des Richters Urlaub giebet ein Mann seinen Erben wohl sein aigen Leuth, aber des Guth auf dem Lande oder in Dörffern soll er behalten eine halbe Hub, da man einen Wagen auf gewenden mag, da soll man dem Richter von dienen. Dinget man aber dem Richter sein Recht aus, so verkauft er wohl sein Guth, diß ist etwa Gewohnheit, etwa nicht. Ex quo apparet, quod hi articuli valde sint ambigui ac incerti; sed pro conciliatione eorum his temporibus sic statuendum esse autumo: Articulos §. II. antea positos in foris nostris non esse receptos, ideo, quia eos Constitutio Electoralis 12. *partis 2.* avthenticè est interpretata, ita, ut debeant saltem intelligi DE DONATIONIBVS bonorum avitorum: unde nihil ad venditionem bonorum immobilium inferendum est.

§. XX.

Ad 2) in allegatis glossis aequè sermo est de donatione, a qua ad universalia diversaque argumentari non licet; Et posito quoque, sed non concessio, Glossam ita se habere, ea tamen puris absurdis & contradictionibus tam in semetipsa quam in multis constitutionibus Electoralibus, oppleta, & articulos speculi Sax. ex jure civili, peregrino quippe, interpretans, & nunquam rectè, sed plane alium legibus sensum tribuens, non est attendenda. Ac totam perlegens hanc glossam animo connectendi, ille ut plurimum miras explicationes multaque contradictoria eam habere, etiam contestabitur. e. g. Glossa Germanica *num.*

2. ad art. 34. L. 1. verbis: Denn wer sein Gut verkauft, ob er es vor dem Richter gleich nicht aufgäbet, bleibet es doch des Käuffers. Et ad art. 9. ejusd. libri: Denn der Kauff machet einen zum Herrn des Guts, und nicht die Auflassung, das ist die Tradition oder Auflassung. *contraria est Glossa latina sub Lit. A. hujus Artic. ita sonans: ut quicumque per venditionem, stipulationem, aut donationem dominium ac proprietatem alicujus fundi in alium conferri constituit, coram judicio jus suum in accipientem transportet. Pariter allegatus articulus 60. in fin. Weichbild loquitur solum de adibus titulo lucrativo ad heredes transferendis in urbibus, & non de alienatione, sive venditione aliarum rerum immobilium in pagis.*

§. XXI.

Ad 3) Thesis per allegatum art. 4. §. 9. non probata est. Nam in art. 4. invenitur: quod si quis suum alicui tradere coram iudice promiserit, hic contra argentum dederit & tunc ante traditionem mortuus sit, ille hujus heredibus præstanda præstare teneatur. Nec ita a contrario sensu concludendum erit: Non facta coram iudice traditione heredibus præstanda non præstari. Id articuli ipsius verbis finalibus & articulo 9. etiam citato contrariaretur, dum ibi magis contrarium procedit.

§. XXII.

Quoad 4) art. 30. L. 2. Land: N. male citatus est; quis enim dubitat, quin ille loquatur de donatione mortis causa? quoad glossam vero remitto lectorem, brevitate studio, quod amo, ad ea, quæ supra §. 20. notata. Attamen referam, quod glossa latina *Lit. E. ad art. 9. L. 1. Land: N.* nihil intendat, quam explicare verbum: Bedingen, id significare: vendere & alio modo contrahere cum DOMINO DIRECTO circa bonorum resignationem, traditionem &c. & fundum, ante traditionem, resignatum, venditore tradere nolente, hæctenus nihil utrisque debere præjudicare.

Ex

Ex quo non potest eluci TRADITIO IUDICIALIS, sed è contrario potius, & ex multis articulis spec. Sax. elucet: quod iure germanico, rem possidens, præ iis, qui confirmationem judiciale[m] habent, atque possessione carent, dominus declaretur.

§. XXIII.

Quoad §) & 6) jam supra §. 7. confessus sum, & §. 10. per rationes legesque probavi, quod iure Saxonico non tantum, verum iure civili Romano quoque investitura ad transferendum dominium, præcedentibus ceteris juris civilis requisitis, omnino necessaria sit. Nego autem & per nego abdicacionem pristini possessoris coram domino loci fieri debere ad effectum, ut transferatur dominium. Nam, domino territoriali, si alius sit dominus directus, (vel, stylo Saxonico, in illius locum præfecturæ administrator justitiæ, in hujus vero præfecturæ administrator reddituum constitui potest) dominium utile, ab emphyteuta vel censita in manus accepto, alteri iterum concedente, nihil agitur. Deficiente enim concedendi facultate, deficit effectus, per ea quæ Hugo Grotius *de jure bell. & pac. L. 2. C. 5. §. 11. Sect. 1.* disserit. Et quo iure potest domino directo, qui jus habet novum possessorem fundi emphyteutici accipiendi, jus denegari pristinum iterum dimittendi? & sic vice versa. Et quis diceret, quando dominus directus, & præfecturæ administrator reddituum, emptorem, ante quam venditor in iudicio renunciaverit, accepisset & investivisset, abdicacionem hujus: die *Loßsagung der Lehn*, restare. Posito enim consequente (sc. investitura,) ponitur antecedens, (scil. abdicatio domini) ut cum schola loquar. Inde quoque sancitum est in Ord. Proc. Elect. Sax. ad tit. 40. §. 2. quod in executionibus, post adjudicationem, abdicatio feudi a pristino possessore, pro facta habenda, &, absque ea, novus possessor investiendus sit. Præterea distinctio hæc, in §. 16.

supra quoque posita, articulo 20. Weichbild. in §. 15. a CARPZ. allegato, potius contradicere quam articulo 24. L. 2. spec. Sax. corroborata, videtur, quando in illo articulo disponitur: abdicacionem pristini der Auf- und Lossagung der Lehn, coram domino directo, & inmissionem novi possessoris die Einweisung des neuen Besizers, coram iudice fieri; & in hoc sc. art. 24. sermo est de modis sua amittendi bona, quod fieri potest peremptionem, oppignorationem, praescriptionem a domino directo; sive per alicujus acquisitionem jure provinciali & feudali Saxonico: sive quovis alio modo, dum aliquis non invito possessionem cedit.

§. XXIV.

Ad 7) Decisio Electoralis 61. modum, investitura sequi debentem praescribit, nempe, ut emptor, praesensa venditoris abdicacione, judicialiter impetret infeudacionem; & quo tamen non efficitur: quod, si solus dominus directus sine praesensa abdicacione coram iudice, dominum utilem saltim investiderit, ad eum dominium non translatum sit. Nam cessante in dicta decisione habita ratione: Denn ehe er die Güter in Lehn und Würden hat, er vor keinen Eigenthums-Herrn zu achten. cessat lex ipsa, leg. 6. §. 2. D. de jur. patron. Substituas forte alias rationes: quod videlicet Principi intersit, ut sciat, qui res immobiles, in suo territorio jacentes possideant, & ubi subditi sua habeant domicilia; ac ne res a non domino vendatur aut oppignoretur &c. sed respondendum est: de UTILI ad JUSTVM non solum non valere argumentationem; verum etiam absque consensu domini directi nullam consistere oppignorationem. Ord. Proc. Sax. tit. 46. §. 4. nec in empt. vend. dominium transire. Et sane! qui a vero domino rem aliquam emit immobilem, tumque extrajudicialiter nactus est possessionem, solvit etiam pretium, & investituram, quae etiam, absque facta in iudicio venditoriis abdicacione, impraesentiarum hujus est secuta, impetravit, eum non prius fieri debere dominum, donec praestetur judicialis traditio, hoc est aequitati contrarium.

Ad

Ad hæc secundum in §. 10. jam allegatam *leg. ult. C. de jur. empb. dominium emphyteutæ adjudicatur, quod per leges §. 9. adductas, plane jure naturali transit: consequenter sine gravissima causâ, contra illas non facile est statuendum. §. 2. §. 11. Inst. de jure Nat. §. Gent. §. §. 7. in fin. de legitim. agnator. tutel. Grot. de jur. bell. §. pac. L. 7. C. 20. §. 9.*

§. XXV.

Denique ad 8) omnes hæc sententiæ in casibus, ubi INVESTITURA desit, prolata sunt, non obstante, quod quibusdam sententiis, ut in secunda & quarta, §. 18. antecedente recitata, invenitur, TRADITIO JUDICIALIS accesserit. Et licet in praxi & TRADITIO JUDICIALIS & INVESTITURA servari debeat, nullum tamen præjudicium, quo aliquis, HAC quidem gaudente ILLA vero carente, pro non domino declaratus esset, in medium pro ferri potest; & recte. Hæc enim consuetudo alias niteretur nulla ratione juris, talis observantia vero nullam persequitur consequentiam. *leg. 14. §. 16. D. de legibus.* Caterum, modum concernendi, investituram impetrandi, alia est questio, an, postquam venditor in judicio abdicationem vult præstare & secundum Ord. Tax. Sport. *num. 19.* pro hoc labore Judici 4. grossos exsolvere, deinde emptor infeudationem à domino directo, vel præfecturæ administratore redituum, petit, hi contrahentes ad alia de jure cogi possint? maxime, cum resignatio sive abdicatio feudi ad judicem, QVA TALEM, non spectat, deque ea in jure nihil certi constat. Ut in §. 23. ad 6) precedente, enucleatum. Et quid faceret dominus directus post lapsum duorum mensium, a die recusatæ investituræ numeratum? respondere deberet cum *leg. ult. in fin. C. de jure empb. sæpe memorata: EMPHYTEV. TAM JAM JAM PRO DOMINO SE SE GERERE.*

§. XXVI.

Hæc sufficiant de titulo oneroso, nunc me verto ad titulum lucrativum, ubi Dd. insinuationem Saxonicam requirunt, quod videlicet donatio rei immobilis, quantum

tumvis minima, ad transferendum dominium, iudici insinuetur, eo, quia articuli: 20. § 60. Weichbild. item art. 8. 34. § 52. L. 1. § art. 33. L. 2. spec. Sax. &c. hujus insinuationis mentionem faciunt. Verum enim vero, omnes hos articulos NON ESSE RECEPTOS, satis liquet ex Const. Elect. 12. part. 2. his expressis verbis: So soll gleicher Gestalt auch die Ubergabe derer Stamm-Güter, wenn gleich dieselbe mit der Erben Laub und also licite geschehen zu Recht nicht bestehen, in dem Fall da sie übermäßig, und sich über 500. Gulden Ungarisch erstreckte, sie wäre denn vorerst gebührlich insinuiret. Atque ideo jus civile & Saxonicum, nec quoad firmitudinem donationis, nec quoad effectum transferendi domini, hac in re hodie non discrepant; sed INVESTITURA rei donatae, tam mortis causa quam inter vivos, secundum analogiam juris, ad translationem domini, necessaria est.

§. XXVII.

Ut vero melius eluceat, hanc tractationem non esse nullius momenti, libet sequentia annectere, nimirum accidit, quod etiam est frequentissimum, ut, postquam a duobus fratribus praedium aliquod censiticum indivisum, & a patre eorum, hereditarium, in communione possessum est, contractum, mediante scriptura, contrahentium & aliorum testium manu propria subscripta, atque subfigillata, ita erigerent, ut unus horum fratrum pro certa exsolvenda pecunia summa, suam partem, in dicto praedio indivisim antea possesso competentem, alteri plane concederet, & communioni renunciaret; quo facto, hic, bene sciens, hunc fundum ab omnibus prætensionibus esse liberum & consequenter eum securum, ad transportandam certo die pecuniam in locum quendam distantem se se obligavit, quod tamen postea sub prætextu, nondum praestita traditionis judicialis atque investitura, omisit, & hoc ipso damnus 530. thalerorum causatus est. Inde evenit quaestio; an non promittens, hac exceptione

ne

ne non obstante, id damnnum refarcire teneatur? ad quam; omnino, responderetur.

§. XXVIII.

Quanquam enim communiter opinantur, quod in saxoniam, præprimis Electorali, sine TRADITIONE JUDICIALI atque INVESTITURA nemo fiat Dominus; Illa tamen opinio est vasa, & hæc ad præsentem casum non applicabilis. Nam censuræ germanicæ solum utile tribuitur Dominium, quod ille, cui hereditas ab intestato defertur, eo ipso jam habet, & ab ascendente ad descendentem ipso JURE & sine INVESTITURA, quæ non, sed RENOVATIO duntaxat petenda est, transfertur. Et licet ex hoc capite integrum prædium frater non accepisse, videatur, tamen axioma juris: quod valet in toto valet etiam in parte, hoc dubium absorbet, juncto argumento *Leg. 3. ff. pro de relict. & grot. de jure bell. & pac. L. 1. C. 5. §. 3.*

§. XXIX.

Cui quoque accedit, quod, si rem emptam habere liceat, & nemo litem de ea moveat, emptor ad evictionem securitatemque præstandam agere & hac exceptione se tueri pretiumque hoc obtentu retinere nequeat. *Leg. 13. §. 1. ff. de per. & commod. rei vend. arg. leg. 24. C. de evict. leg. 3. C. dist. rit.* Quin &, quod traditio extrajudicialis potior est traditione judiciali, illaque huic longe præferenda, mihi persuadere licebit. Nam propter quod unumquodque est tale, illud magis est tale, e. c. si in aliquo contractu, qui a contrahentibus ad confirmandum judici insinuatur, legatur: quod ille de tribus agris sit erectus, judex vero quatuor agros, judicialiter esse traditos, in confirmatione asserat, & ita tanquam super quatuor agros initum eum confirmet, tunc potior est extrajudicialis quam judicialis asseritio. Inde nota, traditionem judicialem merum esse modum sportulas aucupandi, per quem

C

quem iudices multas atque multas pecunias a contrahentibus exequuntur; cum si suos confirmari contractus (& quidem sub hac iniquissima pœna: non debere, deficiente iudicis corroboratione, transferi dominium) coacti & sic pœna aliqua, juri naturæ non solum sed & legibus civilibus inconvenienti, suppressi esse debeant. Quamvis vulgata Doctorum opinio, in primis apud rusticos, in maxima sit autoritate, quod nimirum absque traditione judiciali emptor dominus non possit fieri. Qua occasione non potui, quin inter plures hunc saltem specialem, Cizæ accidisse, casum proponam: Maritus quidam, cui uxor diversa contulerat in dorem immobilia, volebat eorum esse Dominus; Quoniam vero traditionem extrajudicialem pro non sufficienti existimabat, petebat quoque judicialem, & quia hæc sine investitura unaque sine altera ei denegabatur, impetravit & investituram, solvitque pro dominio civili laudemium, ni fallor, 80. thalerorum.

§. XXX.

Deinceps investitura, non autem traditio judicialis, sequentes peculiare habet effectus: 1) defuncti heres, si pro domino se non gerit, investitura scilicet nondum facta, hereditatis petitionem non habet, v. g. emit aliquis rem quandam, & decedit ante investituram; quia illa nemini, nisi domino, competit. *arg. §. fin. Inst. de heredit. qual.* Ob eandem rationem 2) emptor ante investituram non gaudet actione confessoria & negatoria. *arg. leg. 2. ff. si servitus vindic.* Talis emptor 3) actione legis Aquilia non potest uti. *arg. leg. 11. §. 6. ff. de leg. Aquil.* 4) non habet rei vindicationem. *arg. leg. 23. pr. D. de rei vind.* 5) non potest novum opus nunciare. *arg. leg. 1. §. 19. & 20. § leg. 2. D. de nov. oper. nunc.* 6) non solum non habet actionem aquæ pluviarum, sed & hæc contra eum non potest institui. *arg. leg. 3. §. 4. & leg. 5. de acqu. & acqu. pluvi. arcend. &c.* & 7) non locum habet actio finium regundorum realis. Quibus casibus

bus itaque ille, qui ante investituram harum actionum unam eligit semper exceptione: non competentis actionis, repelli potest.

§. XXXI.

Pro *3^{to}* ante investituram emptor non potest procuratores & syndicos constituere. Hoc jus enim nemo, nisi dominus, habet. *leg. 1. pr. D. de procurat. 9)* non potest usufructum constituere & ullam servitutem neque imponere neque acquirere. *arg. leg. 8. ff. communia praedior. 10)* potest agi contra venditorem, ante investituram, actione, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, v. g. quadrupede ex numero pecorum ferreorum: von eisern Viehdammum inferente. *arg. §. 6. inst. de noxal. act. 11)* venditor rem extra concursum potest vindicare. *arg. leg. 19. de contrab. empr. vend. 12)* liberis post investituram jure retractus vel protimiseos in bonis avitis uti non licet. *CARPZ. part. 2. C. 31. d. 13. 13)* Si quis bonum emphyteuticum sine consensu Domini directi, facta investitura quoque, vendidit, hic ad privandam emphyteusin &c. non potest agere. *CARPZ. p. 2. C. 38. d. 13. 14)* Non pertinet thesaurus, ante investituram, ad emptorem, & non totus, si eam casu fortuito invenerit. *arg. leg. 67. §. 3. ff. de acquir. rer. Dom.*

§. XXXII.

Sicuti vero certissimum est, quod in casu omiffa investitura nos non sumus participes dominii: Ita consequitur rem nobis non esse propriam sed alienam, de qua pacisci, transigere & compromittere non licet: Consequenter 15) emptor ante investituram hac faciendi jus non habet. *arg. leg. 7. C. si aliena res &c. 16)* non potest rem empram cum effectu oppignorare. *arg. leg. 6. C. dict. tit. & 17)* non permutare. *arg. leg. 1. §. 3. D. de rer. permut. nec non 18)* duplex laudemium solvi non debet: a) ubi duo emptionem & venditionem contraxerunt, & extrajudicialis traditio saltem intervenit, postea vero emptor venditori suo idem bonum

bonum rursus vendidit, aut ambo a prima emptione venditione, mediante nova recesserunt. b) Si duo emptionem venditionem, annexo pacto legis commissoria, quippe quod ab emptore non est impletum, intervenita quoque INVESTITURA, contraxissent. Nam hoc casu venditor neque ad investituram neque ad renovationem ejus tenetur. Illo vero alterum laudemium prærenditur propter novam venditionem; si ergo priori emptioni venditioni non accesserit investitura maneret prior venditor dominus, & per consequens secunda emptione venditione emisset rem propriam; atqui in re propria emptio est ipso jure nulla. *leg. 16. ff. de contrab. empt. vend.* Ergo dulx laudemium, cujus præstationem nova emptio venditio exigit, non deberetur. Itaque hujus differtationis inauguralis non per procuratorem elaborata, fit

F I N I S.



ULB Halle

3

005 355 63X







Farbkarte #13

B.I.G.

1727, 11

46²
MA

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA,
DE DOMINIO,
SINE TRADITIONE JVDICIALI,
JVRE SAXONICO TRANSFERENDO,

QVAM
IN PER-ANTIQA ACADEMIA ERFVRTENSI
RECTORE MAGNIFICO, AC PRO-CANCELLARIO,
REVERENDISSIMO ET PER-ILLVTRI DOMINO,

DOMINO:

**CHRISTOPHORO IGNATIO
DE GVDENVVS,**

EPISCOPO ANEMORIENSI,

EMINENTISS. ARCHIEPISCOPI, ET PRINC. ELECT. MOGVNT. IN PONTIFICALLI-
BUS VICARIO GENERALI, CONSIL. ECCLES. SIGILLIFERO ET SVFFRAGANNO
ERFORDIENSI, J. V. D. INSIGN. ECCLES. COLLEG. AD S. SEVER. CAN.
CAPIT. ET SCHOLASTICO, ET REL.

INDVLTV ILLVSTRIS FCTORVM ORDINIS,
SVB PRÆSIDIO

DN. CONRADI WILH. Strechers/
J. V. D.

JVD. ELECT. PROVINC. ASSESSORIS, PROF. PVBL. ET SENAT. ERFVRT.

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTRQVE JVRE HONORES ATQVE PRIVI-
LEGIA RITE LEGITIMEQVE CAPESSENDI,
IN AVLA JVRID. COLLEG. MAJORIS, HORIS CONSVETIS,
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBJICIET

AVTOR

ANDREAS Schnür/ Advocatus Cizensis,
DIE VIII. JANVARIII M DCC XXVII.

ERFORDIÆ, Typis-GROSCHEANIS, Acad. Typogr.